

255
EXERCITATIO IVRIDICA,
QVAESTIONEM

*Vtrum venditio Geradae in
loco, quo eadem in usu est, contracta,
efficaciam producat, si foemina eo loco decedat,
quo nulla successio Geradica valet?*

P 275 CONTINENS,

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISE. CAPITVL. CVRIAЕ
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR,
NEC NON FACVLT. IVDID. ASSESS. ET
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. V. DECEMBER. MDCCCLXXI.

PVBLINE DEFENDET

CHRISTIANVS AVGUSTVS LOESER

PEGAV. MISN.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMI



EXERCITATIO TARDICÆ

Ubi sunt secundum Genuine m-

intra nos, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

convenientia, ut sit in aliis, quod non est de natura, sed ex

PERILLVSTRI
GENEROSSISSIMO DOMINO
DOMINO
FRIDERICO GOTTLÖB
DE BERLEPSCH

SERENISSIMI PRINCIPIS SAXONIAE
CAMERAE RERVMQUE METALLICARVM
CONSILIARIO INTIMO

PATRONO SVO INDVLGENTISSIMO

FATRIONE SAO INVAL'CENTISSIMO

ERLICHES
GENESEISIMO DOMINO
DOMINO
FRIDERICUS GOTLOB
DE BERLIPSCH
CONSERVIO INTIMO
GAMERIA ERLICHES
SERENISSIMI PRINCIPIS SAZONIÆ

VIR

PÉRILLVSTRIS ATQVE GENEROSISSIME

Anon ex longinquo mibi, et velut per ambages
arcessenda est causa, quare, cum rationem,
a SERENISSIMO ELECTORE
SAXONIAE praescriptam, vitae meae
academicae gestae, reddere debeam, TIBI potissimum,
rerum ad iurisprudentiam spectantium scientissimo, spe-
cimen hoc sacrum et commendatum esse cupiam. Ver-
santur enim, et nunquam non versabuntur ante oculos
meos luculenta illa singularis TVAE benivolentiae do-
cumenta, quibus patrem meum pie defunctum, quibus
et me a primis inde cunabulis exornasti, animumque
meum TIBI obstrictissimum reddidisti. Temperare igitur
mibi non possum, quin occasionem hanc, mentem er-

ga

ga TE deuotissimam atque reverentiam, significandi,
pro tot tantisque beneficiis, et in patrem pie mortuum
et in me collatis grates agendi, meque resque meas etiam
in posterum TIBI commendandi, ambabus arripiam
manibus. Semper omni studio atque industria elabora-
bo, vt ne me TVO patrocinio TVOque fauore indignum
reddam.

Summum Numen ardenter implorabo precibus,
vt TE, SPLENDIDISSIMAM, atque GE-
NEROSISSIMAM, TVAM GENTEM, per
longissimam annorum seriem sospitem atque incolarem
conseruare, conatibus TVIS saluberrimisque
conficiis annuere, TEque pro TVIS laboribus et in pa-
triam meritis omni felicitatis genere mactare velit.
Scrip. Lips. D. IV, Decembr. MDCCCLXXI.



§. I.

Dominij equidem effectus potissimum in eo consistit, ut domino libera de rebus suis, tam inter viuos, quam mortis causa disponendi competat potestas, verbis enim legis duodecim tabularum, ut legasset suae rei, ita ius esto, teste Iaueleno l. 20. ff. de Verb. signif. latissima potestas tributa videtur, et heredes instituendi et legata, et libertatis dandi, tutelas quoque constituendi: nihilo minus tamen sunt quaedam bona, quorum dispositionem leges vel penitus interdicunt, vel certo modo restringunt. Ad illa refertur legitima, quae certis personis ex hereditate defuncti absolute debetur, nec ademptioni, nisi defunctus iustum exheredandi cau-



sam allegare possit, est obnoxia. Hanc ob causam legitimae, quoniam est debitum legale, onus impone-re testator minime potest: ait enim Iustinianus l. 32. C. de inoffic. testam. hoc in praesenti addendum esse censemus, ut si conditionibus quibusdam vel dilationibus, aut aliqua dispositione moram vel modum vel aliud grauamen introducente, eorum iura, qui ad memoratam actionem vocabuntur imminuta esse videantur ipsa, conditio, vel dilatio, vel alia positio moram vel quocunque onus introducens, tollatur; et ita res procedat, quasi nihil eorum testamentio additum esset. Ad haec, quorum dispositio certo modo est restricta, pertinet Gerada, cuius successio extraordinaria eo in loco vbi valet, id es-ficit, ut foemina equidem inter viuos de eadem disponere illamque vel donatione, vel venditione in alterum transferre, neutquam vero per ultimam voluntatem reliquere possit, cum in eodem passu leges iura proximae cognatae intacta esse voluerint.

§. II.

De origine geradae, rebus ad eandem pertinenti-
bus et modo succedendi, nil in praesentiarum dicen-
cendum putamus, cum haec materia a viris doctis
prolixiori stylo decisionem consequatur. Potius acce-
dimus ad id, quod huic exercitationi occasio-nem
praebuit, quem in finem ut res fiat claror, sequen-
tem suppeditamus causam, Titia, quae extra Saxo-
nicum

nicam viuit, per aliquod temporis spatium, ut antiquorum amicorum familiaritate vti possit, Lipsiam accedit, et forsitan blanditiis velalia causa commota Sempronio Geradam obseruatis iis, quas leges desiderant solemnitatibus, vendit. Ad locum domicilii reuersa subito decedit. Sempronius, quem defuncta emtorem et dominum rerum Geradicarum esse volebat, heredes defunctae ad restituendam Geradam mediante iurata specificatione compellit, qui, cum bene sciant, successionem Geradicam in eo loco non obtinere, exceptiōnem deficientis iuris agendi opponunt, et ut actor cum refusione expensarum recedere cogatur, oprant. Vtrum petitio Sempronii efficaciam producat, et contra reos ferenda sit sententia videamus.

§. III.

Anceps vtique videtur quaestio, nec deficient argumenta, quae iura excipiendi reddunt fortiora. Constat nempe inter omnes, ad substantiam emtionis venditionis pertinere rem, quae pro certo pretio emtori est relinquenda. Praesupponimus itaque, rem circa quam contrahentes inibant emtionem eo tempore vere extiisse, alioquin enim contractus, cuni deficit substantiale ipso iure est nullus, ut ne quidem debeatur poena. Confirmat hanc sententiam Vlpianus: *I. 39 ff. de Verb Obligat: Si homo ait mortuus fisi uen potest nec poena rei impossibilis committetur, quemadmo-*

A 3

dum,



dum, si quis Stichum mortuum dare stipulatus, si datus non esset, poenam stipuletur. Quod si itaque foemina, quae scit geradum eo loco, ubi sedem fixam bonorum suorum habet, non valere, eandem tamen alio loco vendit, vere emtionem celebrat super re, non existente, multominus heredes ad praestandum stringit, cum deficiat substantiale, propter quod contractus emtionis venditionis pro imperfecto declarandus. Idem quod circa emtionem rei, quae ante traditionem commercio eximitur, iuris est, in hoc quoque casu obtinet. Fingas nempe Caium vendidisse frumentum, cuius liberum erat commercium, ante traditionem tamen Principem illius commercium penitus interdicere, et ne ob salutem et necessitatem reipublice extra territorium transferatur expresso declarare mandato, exportantibusque poenam minari. Poteritne emtor ex emtione agere et venditorem ad tradendum compellere? Minime hoc evenit, cum impossibilium nulla sit obligatio, et contractus ipso iure nullus reddatur, quamvis non deneganda sit emtori conditio sine causa, mediante qua pretium, quod soluit, cum usuris repetit, cum venditor, ne ex datino emtoris fiat locupletior, re et pretio simul uti nequeat. Hoc enim probant leges, ut irrito contractu venditor restituat pretium: Hinc ICtus l. 57. pr. ff. de contr. emt. Domum dicit emi, cum eam et ego et venditor combustam ignoraremus Nerua, Sabinus, Cassius nihil venisse, quamuis

+ + +

uis area maneat, pecuniamque solutam condici posse aiunt.
Quod pariter confirmant verba legis 41. §. i. Mensam,
argento coopertam mibi ignorantis pro solidâ vendidissimam.
prudens, nulla emtio est, pecuniaque eo nomine data
condicetur.

§. IV.

Huic accedit, quod emtor cum effectu ex eodem
pacto, si pro irrito non haberetur, neutquam posset
agere. Concedamus itaque emtorem conuenire he-
redes defunctae ad tradendas res Geradicam sibi per
venditionem relitas, ponamus etiam heredes affirmare
contractum, negare tamen defunctam reliquise gerad-
am. Sine dubio onus probandi incumbet actori,
geradam in bonis eius fuisse, heredes enim, qui nega-
tiuam tuentur, ab omni probatione secundum prin-
cipia iuris sunt immunes; Probatione suscepta res,
quaes ad geradam spectant, cum haec separatam bono-
rum speciem efficiat, actor indicare tenetur, ut videa-
mus an naturam rerum geradicarum recipient. Quod
si vero consuetudo loci, in quo defuncta vixit, hoc
discrimen bonorum ignoret, irrita sane erit proba-
tio, quae circa rem nunquam existentem versatur;
Heredes etenim in successione mobilium sequuntur
iura, quae vigent eo loco, quo testatrix decedit, et
secundum ea qualitatem bonorum diudicant. Obii-
cis forsitan geradam efficere vniuersitatem, quam rebus
im-



immobilibus aequiparare solemus, sed perpendas, hoc quidem effectum habere, si bona immobilia alio loco sunt sita, cessare vero in praesenti casu, cum actor ex bonis mobilibus defunctae traditionem rerum geradicarum petat. Cum itaque omne pactum sive iure ciuili sive germanico illud consideres, irritum sit, si deficit interesse ad quod agere possint partes, liquido constare videtur, praesentem emtionem venditionem, eodem iure esse diiudicandam.

§. V.

His praemissis, quae nostra nunc sit sententia dicamus. Valere nempe emtionem et actori contra heredes actionem cum effectu competere afirmamus, cuius gratia sequentia dabimus argumenta. Omnis conuentio eam admittit interpretationem, quae menti et intentioni contrahentium conuenit. Nec sola verba, quibus vtuntur contrahentes, decisionem efficiunt. Saepiuscule enim in transactionibus generalem clausulam: *Ich begebe mich aller derer mir zustehenden Ansprüche*, adhibemus, ex intentione tamen partium apparet, easdem tantum de speciali quodam negotio transfigere voluisse, quo facto nihil valent verba, ex quibus, si iudicium ferendum, generalis transactio apparet. Quae cum in dubium vocare non possimus, liquido apparet, mentem contrahentium circa emtionem venditionem eam fuisse, ut emtor soluto pretio, proprie-



9

prictatem rerum geradicarum consequatur, non enim praesumendum est, foeminam inducere voluisse em-
reorem et lucrari pretium rei, quam praestare nullo
modo poterat. Validum itaque inter partes est pa-
etum, quod contrahimus cum foemina circa bona,
quaes in illius patrimonio vel vere sunt, vel existere
possunt. Et quoniam in dubio omne pactum praes-
sumimus reale i. e. ad heredes transitorum, cum te-
ste ICto l, 40, pr. ff de pac*t*. *Pactum quod non in per-*
sonam dirigitur, sed generale est, locum inter heredes quo-
que litigantis habeat, imo ex notissima regula iuris qui-
libet pro se, et suis heredibus contraxisse videatur, he-
redes defunctorum ad eius praestanda facta, quod notio-
ni illius, ad quem peruenit hereditas, est proprium,
lege assistente, cum effectu adgit emitor. Nec prod-
est ipsis exceptio, in loco quo testatrix decessit, mini-
me valere geradam. Distinguendum enim est vtrum
agatur contra fiscum bona vacantia occupantem, aut
contra heredes personae contrahentis. Ille cum proprio
iure sibi vindicet bona, de factis defunctae, quatenus
concernunt bona eius dispositioni exempta, non respon-
det, haec vero obligationi defunctae, nisi eam legibus
penitus interdictam probent, satisfactionem praestare
tenantur. Hanc ob causam heres, si testator rem aliena-
nam tertio legavit quamvis in regula super re ad ali-
um pertinente nemo disponere potest, non liberatur
ab obligatione, sed legatarius illum aut ad tradendum,

B

si



si adquisitio sit possibilis, aut ad aestimationem praefandam adigit.

§. VI.

Cui accedit, quod in emtione venditione, quae constituit bonaे fidei iudicium, non solum ad strictum ius, sed quoque ad bonam fidem respicere debeamus. Ait enim Vlpianus I. II. §. I. ff. de aet. emt. Et in primis sciendum est, in hoc iudicio id demum deduci, quod praestari conuenit, cum enim sit bonaе fidei iudicum, nihil magis bonaе fidei congruit, quam id praestari, quod inter partes actum est, quod si nihil conuenit, tunc ea praestabuntur, quae naturaliter infunty, huius iudicii potestate. Illud igitur, quod ex natura negotii fluit, quamvis conuentione non sit expressum, efficit bonam fidem, ex qua contractus venditionis interpretationem sortitur. Nunc si respicias locum, in quo contractum celebrabant partes, inuenies geradam obtinuisse, et dispositionem super eadem valuisse. Ex legibus, quae in foro contractus, in quo ad implementum agere contrahens potest, diiudicanda est conuentio, et secundum illas decisio ferenda. Cum igitur foemina in Saxonia contrahens voluerit, vt emtor rerum, quas distrahebat, fiat dominus, sine dubio respexit ad ea bona, quae iure nostro ad successionem geradicam referuntur. Tacita itaque conuentioni inest clausula, vt

Sem-

+ + + II

Seimpronius ex bonis ea, quae iure Saxonico ad res Geradicas pertinent, habeat: cuius rei illustrandae causa potissimum illud considerationem meretur, quod dominium harum rerum per traditionem symbolicam, qua circa venditionem geradae vtimur, statim in emtorem translatum fuerit. Hac ex causa cum non exceptandum esset tempus mortis, liquido appareat, foeminam non ad locum domicilii sed solummodo contractus respexisse, et vocabulum geradae eo tantum animo adhibuisse, vt certe constet, qualia bona ex patrimonio emtori relicta intelligantur.

§. VII.

Obstare videtur regula communi applausu recepta, quam profert Celsus *I. 99 pr. ff. de. Verb. oblig.*: interpretationem scilicet fieri debere contra illum, qui clarius loqui debuisset et potuisset. Ad officium igitur emtoris pertinuerat, vt emtioni clausulam, quod geradae notio ad illas res, quae iure Saxonico eandem efficiunt, pertineat, expresse inseruisset, et sub hac legge contractum celebrasset. Cum vero hoc omiserit et eo ipso causa euadat dubia, hac regula merito notandus, aduersusque rei eventus eius culpae adscribendus erit. Sed dubito, vtrum hoc axioma adplicationem promereatur, cum illud tantum ex communi Doctorum consensu habeat locum contra illum, qui



aliquid singulare praetendit; Hoc vero de emtore in
praesenti casu non est asserendum. Minime enim ali-
quod singulare sibi arrogat, sed id desiderat, quod
naturae contractus est conueiens, insuperque satis cla-
re expressum.

§. VIII.

Ad illustrandam causam addere liceat responsum,
quod haud ita pridem Facultas Iuridica Lipsiensis hac
de re tulit:

*Hat Frau von H. nach Ableben ihres Ehe Genossen
in G wo keine Gerade üblich ihre Wohnung aufgeschla-
gen, und als sie im Jahr 1765. Deren Tochter Frau von
D. zu A. welches in Sachsen gelegen besuchet, vor das-
gen Gerichten einen Gerade Kauff errichtet, worauf sie
nach einigen Tagen zu G. gestorben, bey welchen Um-
ständen*

*Obgedachte Frau von D. der von H. erkauft
Gerade zu fodern berechtigt sey?*

*Zu wissen von nöthig. Ob nun wohl was die Erb-
folge in Fahrniß antrifft, iederzeit die Rechte desienigen
Ortes in Erwegung kommen, wo der Verstorbene
seinen wesentlichen Aufenthalt gehabt. und dass eine Witte-
be den Gerichts stand der Wohnung, wie sie bey des
Ehemannes Lebzeiten nicht thun konnte, doch nach
dessen*

dessen Tode verändern könne, zugestandden werden muss; wannenhero, da in G. keine Gerade gelegt wird, die Frau von H eine Sache verkauft zu haben scheint, die weder vorhanden war, noch so lange besagte Wittbe in G. wohnte und daselbst zu sterben gemeynet war, iemalbs entstehen konnte. da denn die Rechts Lehrer einen Handel, mittelst dessen iemand ein Unding verkauft, für vergeblich erklären, und es also mit dem gegenwärtigen Gerade Kaufe eben die Beschaffenheit zu haben scheint, wenn ein Bauersmann, der keines Heergeräthes fäbig, sein Heer Geräthe, oder eine Manns Person, so niemalbs Gerade verlässt, seine Gerade als Gerade verkauft hätte.

Dennach aber und dieweil die Verkaufung der Gerade eines weibes so an einem Orte woknet, wo dergleichen nicht üblich, keinen solchen widerspruch in sich hält, als die obgegebenen Beyspiele solcher Dinge, welche der Natur nach unmöglich zum Vorscheine kommen können, und die frage noch nicht entschieden, ob der von einem Bauersmanne unternommene Verkauf seines Heergeräthes, da es allenfalls nur eine falsche Benenning wäre, schlächtertings ungültig seyn würde, indem es bey einem Contractu bona fidei genug ist, wenn die Contrahenten nur in der Sache einig, wenn auch gleich die Benennung unwichtig wäre, und ob schon in G. keine Gerade üblich, doch daselbst einer ieden Weibs Person gewisse Stücke ihres Nachlasses, nicht als Gerade sondern als



Gemeines Gut und Erbe an jemanden entweder einzeln oder auch zusammen genommen zu verkaufen frey steht, wannenhero es eben so viel ist, als wenn die Frau von H. zu ihrer Tochter gesaget hätte, sie verkaufe ihr aus ihrem Vermögen und künftig zu hinterlassenden Erbe, diejenigen Stücke, so man in Churfachsen zur Gerade rechne, welches kein unerlaubter noch schädlicher Handel genannt werden möchte, übrigens der Satz, dass man bey Erbsfolgung die Rechte des Wohn Platzes vor Augen habe, um desswillen bey gegenwärtiger Frage in keine Erwegung kommt, weil das Eigentum noch bey der Verkäuferin Leben und so forth durch Ausländigung der Schlüssel auf die Abekäuferin übergegangen, folglich der Frau von H. Gerade zum Nachlaße gar nicht gebörig, sondern durch eine Handlung unter den Lebendigen veräussert worden, wie denn auch die Erben alle Handlungen, so der Erbässer geschlossen, zu genehmigen verbunden;

So ist der von H. Gerade von dem übrigen Nachlaße abzusondern und Frau von D. zu verabfolgen.




P 407

Leipzig, Diss., 1771 L-2

ULB Halle
005 108 616

3





1774, 58.

EXERCITATIO IVRIDICA,
QVAESTIONEM

*Vtrum venditio Geradae in
loco, quo eadem in usu est, contracta,
efficaciam producat, si foemina eo loco decedat,
quo nulla successio Geradica valet?*

CONTINENS,

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAЕ
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR,
NEG NON FACVLT. IVDID. ASSESS. ET
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. V. DECEMBER. MDCCCLXXI.

PVBLINE DEFENDET

CHRISTIANVS AVGVSTVS LOESER

PEGAV. MISN.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMI

